

7006 Centorbi rep., deinde Cataniae; inde a. 1880 venit in museum Panormitanum.

D · M · S ·  
M · AVIANIVS PISTIANVS  
ET · MARIA EVPRAXIA VI  
VI · SIBI · ET · SVIS · FECER/N  
5 ET · MARIO EVTYCHIANO · FILI  
o SVO PISSIMO · NON DIGNO  
PRIORI QVI VIX ANN XVII  
MENS · XI DIEB XVI

Descripsit Ant. Salinas et Ioh. Schmidt.

7008 Centuripis in aedibus Analdi.

D · M · S ·  
O N E S A S  
V I X A N N  
X X X X V I I I

Descripsit Kaibel a. 1880.

7009 Centuripis.

Q V I N T A . . . .  
V I X I T · A N N O S . . .  
C O P I A · M A T E R  
F E C I T

Gualterus n. 269=331, deperditam dicens.  
Inde Torremuzza Sic. XII, 46=53.

7010 tegula rep. Centorbi, deinde Cataniae  
apud D. A. Gaglianum FERR. similiterque  
GAGL.

L · ROSCI  
M E L A N I O  
P I V S  
S A L V E

Dom. Ant. Gagliano commemorat in comm.  
*breve notizia* (Cataniae 1794), edidit incisam  
in calce commentarii alterius *sopra l'utilità  
delle medaglie* (Cataniae 1798); Ferrara Cat.  
p. 429.

7007 Centuripis rep., adservatur in aedibus  
Analdi.

D · M · S ·  
M · M E S T R I O  
sic L V C I F F R I O N I  
V I X · A N N · X X X X V

G. Kaibel descripsit. Ios. Alessi in epistula  
ad Ign. Gothofr. Moschetti in *giornale del gab.  
lett. dell'Accademia Gioenia* 3 (Cataniae 1834)  
p. 20; unde repetiverunt posteriores.  
1 fin. s om. Alessi.

7011 Centuripis in domo Analdi.

D · M  
T H R E  
V

Descripsit Kaibel a. 1880.

7012 Centorbi in aedibus doctoris de Marco.

V S  
O N E T V S  
S

Descripsit Kaibel a. 1880.

## V. HYBLA MAIOR (Paternò).

Hyblam maiorem (nam duo alia eiusdem nominis oppida in Sicilia fuerunt) sitam fuisse inter Cataniam et Centuripas quae de ea traduntur extra dubitationem ponunt. Fuisse ibi ubi nunc est Paternò cum topographi semper verisimile putassent, eam opinionem confirmavit titulus

qui sequitur. At sub imperatoribus rem publicam suam num habuerit, dubium est; immo contrarium suadet tam quod ait Pausanias 5, 23, 6 desertam esse et agro Catinensium comprehendi quam quod infans, cuius elogium dabimus n. 7112, Hyblae mortua Catinae sepulta est.

7013 cippus hexagonus, supra cavatus ad  
statuam recipiendam. Effossus est a. 1759  
prope Paternò TORREMZZA. Est Cataniae in  
museo Biscariano.

V E N E  
R I ·  
V I C T R I  
C I ·  
5 H Y B L E N  
S I ·  
C · P V B L I C  
D O N A  
T V S  
10 D · D ·

Descripsi et recognovi. Torremuzza ed. 2  
(1784) I, 21; Sestini *descr. del museo Biscari*  
ed. 2 (1787) p. XI (inde per Nov. Flor. 1787,  
260 Henzen 5679); Ferrara *stor. di Catania*  
p. 379.

De tituli sinceritate dubitavit Henzenus, sed  
est genuinus.

## VI. CATINA (Catania). Tribu Claudia?

(cf. C. I. Gr. 5649 d—5733 cum add. p. 4250. 4251.)

Κατάνη Graecis, Latinis Catina (sic tituli n. 7014 et Antipolitanus Orell. 3708 et Tiburtinus Henzen 6512) cum a. u. c. 633 Aetnae montis eruptione corruisset, decem annorum vectigalia senatus Catinensibus remisit (Orosius 5, 13) florebatque aetate Ciceroniana (Cicero Verr. 2, 75, 185. 4, 23, 50). Eo postquam anno ut videtur u. c. 733 (Dio 54, 7) colonia deducta est (Strabo 6, 2, 3 p. 268; Plinius 3, 8, 89;

Ptolemaeus 3, 4, 9), aetate Strabonis (l. c. cf. 6, 2, 4 p. 272) non tantum inter orae orientalis Siciliae oppida, sed in insula universa primum locum tenuit, eoque loco postea quoque mansisse Ausonius significat (de clar. urb. 11) celebrans in Sicilia duo oppida Catinam et Syracusas. Eadem sola in insula quod sciam urbs est, quae curatorem ordinis senatorii ab imperatoribus acceperit (Henzen n. 6512),